

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[131\] : De Harmonia & Cadmo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 14 : De Harmonia & Cadmo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 15 : De Harmonie, & de Cadmus](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 14 : De Harmonie & Cadme](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 14 : De Harmonia & Cadmo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/951>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 282v°-284r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- [Cadmus](#)
- [Harmonie](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

Intextusque puer frondosa Regius Ida

Velocias iaculo ceroos, cursuq; fatigat

Acer, anhelanti similis: quem præpes ab Ida

Sublimem pedibus rapuit Louis armiger vncis.

Fama est autem aquilam quodd faustum augurium loui in bello aduersus T;
tanias attulisset, armaque pugnanti ministrasset, louis auem fuisse exultima
tam; atque illi datum fuisse imperium in exteriores aues cum ita scribat Hora
tius lib. 4. carminum; cum illius præcipue singularem diligentiam in rapien
do Ganymede expertus fuisset.

10

Qualem ministrum fulminis alitem

Cui rex Deorum regnum in aues vagas

Permisit. expertus fidelem

Iupiter in Ganymede flauo.

Fuerunt qui non à loue, neque ab aquila, neque à Diis raptum fuisse Gany
medem tradiderint, sed à Minoe ad concubium; inter quos fuit Echemenes
Cyprinus. Hec illa sunt, quæ de Ganymede ab antiquis fabulosè dicta fue-
runt: quæ quidem falsa esse omnibus perspicuum est. Alii vero, inter quos
fuit Xenophon, ut scriptis in Sympoio, Ganymedem propter animi pulchri-
tudinem & prudentiam potius, quam propter formam corporis, in cœlum

20

ascitum esse voluerunt. nam hi dictum fuisse Ganymedem putarunt non à
rebus, quod coniuari & genio indulgere significat; sed potius ab his di-
ctionibus in vnum compotitis ad præstabilitatem prudētia & consilii exprimen-
dam & & & Mēdi, nam illæ cum intensionem & incrementum signi-
ficent, extrema est consilium. Enimvero diuinum quidpiam sub hac fabula
contineri ita inquit Cicero lib. 1. Tuscul. Disput. Nec Homerum audio, qui
Ganymedem à Diis raptum ait propter formam ut loui pocula ministraret:
Non iulla causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat hoc Home-
rus & humana ad Deos transferebat. Quidam ad soiatiū coniunctorum
ipsi Ganymedi hanc fabulam fictam esse tradiderunt, cum is clam rapius fuis-

30

set inter venandum: atque illis perlausum denique Ganymedem inter syde-
ra relatum esse, & in id lignum quod dicitur Aquarius. Ego sanè longe ali-
ter sentio, neque puto diuina ad nos deferenda fuisse, ut cupiebat Cicero,
sed humana potius utiliter ad deorū naturam oportere conferri. Nam quid
aliud per hanc fabulam demonstrabant sapientes, quam prudentem vi:rum à
Deo amari, & illum solum proxime accedere ad diuinam naturam? est enim
Ganymedes anima hominum, quam ut diximus ob eximiam prudentiam
Deus ad se rapit, cum stulti neq; ibi, neq; ceteris quidem sint utiles. Illa ve-
ro anima pulcherrima est, quæ minimum sit humanis cordibus, aut flagitiis
corporis contaminata: quam Deus diligens ad se rapit. sic igitur cum diceret

40

viros bonos, & prudentes, & integer timos poetæ diuinam bonitatem ad se
rapere, fabulam de Ganymede fixerunt, quare utius nos ad diuina translu-
lerunt sapientes, quam diuina ad nos deduxissent. at de Ganymede sat, nunc de Harmonia dicamus.

De Harmonia & Cadmo.

Cap. XIIII.

HArmonia verò quibus orta sit, non parua est dubitatio, si quidē Diodo-
rus lib. 2. illam Electræ & louis filiam fuisse inquit. At Hesiodus in Theo-
gonia

gonia illam ex adulterio Martis & Veneris natam/ fuisse memorat in his;

αὐταὶ ἡρη
γενέσις αὐτίπατος τίθεται καὶ δύο πάτερες οὐτετό^ν
διανοει, εἰτὲ αὐτὸς μετανοει αλλίους φαίνεται,
ἴση μάλιστα αριστεῖται, τούτοις δημιουροὶ,
Αἴγανος τῷ μάλιστα γεννηθεῖται θεός αὐτοῖς.

Marti clypeos atque arma secanti
Alma Venus peperit Pallorem, vnaq; Timorem.
Qui dare terga virum armatas iussere phalangas
In bello tristi. quam Cadmus duxit, at inde
Harmoniam peperit Marti Cytherea decuram.

Hec igitur ubi adoleuit Cadmo Thebanorum Regi viro sancte preclaro, &
ob multas difficultates, quas superauit, illustri, a Ione in matrimonium data
fuit, de quo huc pauca, ex iis multis, quae de illo memorantur, colligere pla-
cait. Hic ubi Iupiter Europam suam sororem rapuisset, e qua in Cretā de-
portata Iupiter Sarpedonem, & Minoem, & Rhadamanthum suscepit, iuslus
est ab Agenore patre sororem inuenire, neque prius redire domum, quam illa-
lam secum adduceret. Atqui cum multas regiones peragrasset, neque tamen
illam inuenisset, post mortem Telaphus matris Delphos de Europa scisci-
taturus oraculum adiuit; cui responsum est nihil curiosius de Europa esse 20
quæredum, sed urbem ibi condere oportere, ubi bos defessa humi procubuer-
et, quam habuisset via ducem. Hic igitur per agrum Phocenium iter fa-
ciens bosem ex armento Pelagonis obuiam habuit, qua Brotia peragrata
ubi condite fuerunt Thebae humi procubuit. Tum bouem Palladi maestatu-
rus socios aquarum ad Dirceum fontem misit: cum vero ibi draco natus ē Mar-
te fontem seruaret, Seriphum & Daileontem Cadmi amicos interemit, tum
ipse Cadmus eō protectus ad fontem draconem trucidauit. At vero coactus
est Cadmus eius dentes exertos ferere, quod fecit Minervæ, e qui-
bus nati sunt armati homines, qui erant cum illo pro patre pugnaturi, sed
Cadmus lapidem, quem a Minerva acceperat, inter illos iaciens, omne certa-
men a se diuexit, quod inter illos excitatum est, atque omnes mutuis vul-
neribus natiorum armorum se vicissim confecerunt. Illa de causa coactus
fuit Cadmus mercenarius annū Marti seruire, qui annus eius temporis octo
ex his nostris annis conitabat. Post id tempus fabulantur Minervam Regiā
Cadmi multis ornamenti preclare comparasse, cui Iupiter etiam Martis fi-
liam & Veneris dedit in matrimonium Harmoniā, ad quas nuptias Dii om-
nes relicto caelo dicuntur aduentasse; quo tempore fama est inter alia pre-
clara Deorum munera peplo & monili admirabilis pulchritudinis, quod
fuit Vulcani opus, à Cadmo donatum fuisse sponsis. Cadmus ex illa suscepit
postea Ino, Semelen, Agauen, Antonoen, & Polydorum. Scriptum reliquit 40
Pharecydes præterea Harmoniæ Martisq; filias fuisse Amazones, ut tellatur
Apollon. etiam lib. 2. Argonaut.

τὸν ἀμετέλειον μάλιστα ιερέων, γένεται
τικταὶ τελεία εὐλαύνειν αὐτοῖς πάτερες.
Διανοει, τελείαν, τούτοις δημιουροὶ,
αὐτοῖς τούτοις τελείας αριστεῖται
Νόμοισι, τούτοις φαίνεται θεός αὐτοῖς.
Sed neque Amazonides faciles, nec iura colentes,

Hinc

Mythologię

Hinc tenuere procul Dorantia protinus aris.

His bellum cordi fuit, his & prælia Martis.

Iure quidem, Harmonia quod Nympha & Marte feruntur

Patre satz: hoc peperit Maevortia pignora patri.

Cadmus post multas filiarum nepotumque suorum calamitates subrogato in regnum Pentheo Agaves & Echionis filio reliquis Thebis ad Enchelien-ses cum Harmonia coniuge commigravit. illi cum ab Illyriis bello infella-rentur responsum tulerunt futuram penes ipsoe victoriam, si Cadmum & Harmoniam duces haberent: nam Cadmus & Harmonia apud Drilonis ri-

pas habitarbat, qui Illyrios à Liburnis distinguit, ut scriptis in his Metrodo-rus in commentario de consuetudine; ipsius est qui se per mecum datus est, et de-
scriptus est illyrius qui liburnus, et auctio nra liburni et illyrii est in dictione, et regi de-
scriptus est liburnus. Sunt autem Drilo & Naro Illyriorum flauii, qui Illyrios
Liburnosque distingunt. Hoc in loco Cadmus & Harmonia habitarunt
illi, qui sunt in angues conuersi: qui oraculi autoritatem fecuti eos duces illi-
lius expeditionis aduersus Illyrios deligunt. Sic igitur Cadmus Illyriorum
regno potitus aliquandiu feliciter egit, deinde paulo post in draconem et ip-
se & uxori mutati dicuntur a Ioue in campos Elysios demissi fuisse, de qua
mutatione quod apud Illyrios contigerit, ita meminit Dionysius in lib. de
situ Orbis;

30

Illyricis terris deuoluit usq; Colosam,
Collens, apricos, quos alta Ceraunia dicunt.
His celebrem tumulum terris, antrumq; videbis,
Antrum, quod Cadmi dixerunt, Harmonizq;.
Namq; hic serpentes atri facti esset feruntur
Ut texere caput cani, turpisq; senecta.

Sic Nicander in Theriacis;

40

Ipsius est illyris et liburnus, et portus ex illis,
Zetius et pars Sidonius et punius.
Iste deus Sidonius et pars Tullius et punius.
Irimi, hanc Driloni sicut, & Naronis enda.
Sidonii Cadmi monumentum hoc, Harmonizq;.

Hinc duo terribiles tremuerunt forte dracones.

Atque tot de Cadmo & Harmonia fabulosè dicta fuerunt. Maior hasu re-
rum gellarum pars ad historiam transferenda est; non enim à tauro Euro-
pa asportata fuit in Cretam, sed nauigio quodam Cretenses illam rapientes
ē Phoenicia in patriam deportarunt. Cum vero illi nauigio esset præfectus
Taurus quidam Gnoissius, qui illam ē Sarapia Phœniciz civitate, qua sita
fuit inter Sidonem & Tyrum, locus datus est fabuliz, quod rapta fuit, & à
Tauro in Cretam deportata, ut scripsit Echemenes in rebus Cretensisibus.
Quod

Quod missus ad Europam quærendam eadmodum draconem ad fontem Dirca
occidisset, illud quidem fabulosum esse dixerunt; sed latronem ab ipso Cad-
mo cœsum, qui peregrinis in iis locis infidetur, & iam nonnullos è Cadmi
sociis ceciderat. Dicitur eis eius draconis dentes seminasse, cum affecit & fo-
cū illius latronis duce cœlo dissipati sint. Nihil autem horum factum est si-
ne Mineru: consilio, quia cum omnibus in rebus, tum in militaribus prece-
pue necessaria est hominis prudentia, & Dei optimi auxiliū. Quod autem
lapidem inter natos homines armatos iecerit, quare inter illos bellum exor-
tum est; futuras contentiones Thebanorum significat, post rhebarum mœ-
nia ædificata: nam eius urbis imperium magnum bellum inter Thebanos
postea excitauit. Harmonia dicta eit Veneris & Martis filia, quoniam vis mu-
tare non solum erigit animos iacentes, & calamitatum misericordumque hu-
manarum cumulis oppressos, suavitatemque quadam perfundit, sed etiam ad
bellum viriles animos inflamat, cum musica multe nationes ante bellum vise
sint, atque nunc etiam nonnullus eit visus musicorum instrumentorum, qui-
bus milites ad prælium incitentur. Hec causa fuit cur his parentibus Har-
monia nata dicatur. Qui Electre & Louis filiam crediderunt; Harmoniam
esse putarunt eam, quam Pythagorici in motibus sphærarum, corporumque
coelestium fieri crediderunt. quod autem ad mores pertinet, significabit an-
tiqui, dū sumus in hac miserrima vita oīum laborū ac molestiarū plenissi-
ma, fortitudine & prudētia uti oportere, q̄ omnium humanarum actionum
statutus eit finis, neq; ynqua Deus viris bonis & fortibus solet decesser, cū se-
nem Cadmum & Harmoniam Iupiter post omnes molestias ad Elysios cam-
pos demiserit. At nunc de Midas dicamus.

De Midas.

Cap. XXV.

Fuit autem Midas Phrygicæ Rex Gordicæ filius, qui omnium Regum suæ
temporalis fuit diuissimus. Fabulantur ad hunc aliquando Silenus Bac-
chi comitem captiuum ob ebrietatem, cum iter facere cum Baccho nō
potuisset, adductum fuisse; quem ille perhumaniter tractauit. Tum Bacchus
ad eum requirendum reue: sus cognita Midas liberalitate & humanitate ab
incolis eius regionis, ipse etiam hospes ad Midam proficiscitur, à quo perbe-
nigne acceptus illi proposuit ut quidquid optaret, expeteret, quod esset ita-
tim voti compos futurus. At Midas pro dementia, que sollicitat animos mor-
talium, summam felicitatem ratus in multis possidendis, expetiuit ut quid-
quid contingere continuo aurum fieret: quam fabulam explicauit Ouid.
libro vndeclimo Metamorph. Cum postea cibaria etiam, quibus vesceretur,
contacta repente fierent aurea, penitentia captus eit fax petitionis; atq; nisi
Deus fuisset illi benignus ea molestia sublevando, omnino inedia mori neces-
se fuisset. Oravit igitur eundem Deum cum fatis aptas pœnas fax flultitiz
ac temeritatis dediller, ut hoc manus auferret. Tum vero Bacchus respondit
illud futurum si se in Pactolo flumine lauisset; quare lorus ibi illa molestia
liberatus eit: ac flumius ex illo tempore aureis arenis fluere cepit, quod ita
testatur Ouidius;

Rex iussæ succedit aquæ, vis aureæ tinxit
Flumen: & humano de corpore cessit in annem.
Nunc quoq; iam veteris percepto semine venit

Atua